



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Iuridica,|| Sev Ius Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

Religionem Catholicam Principi Roma[n]o cordi cureq[ue] esse debere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

mederi: similiter reip. bonum statum ac dignitatem imperij omnibus priuatis commodis præponere.

*RELIGIONEM
CATH. PRINCIPI ROMANO
CORDI CURÆQUE ESSE
DEBERE.*

JOAN. PAPA II. IN EPIST. AD IV.

Christianum Imp. incip. Inter claras. C. de sum.
trin. & fid. Cathol. &c.

Christiannissimum Principē decet puriore Imperator se-
Cluce, tanquam aliquod sydus irradiatū, dem Aposto-
amore fidei, charitatisq; studio edictum, Ec- licam conser-
clesiaisticis disciplinis Romanæ sedis reveren- uare debet.
tiam conseruare, &c.

THEODOS. ET. VALENT. IMP. AA.
in l. vn. C. nem. licere sign. saluat. hum. &c.

Principi cura diligens esse debet, per omnia Imperator de
superni numinis religionem tueri. fensor reli-
gionis.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE
monach. & Ascetr. &c. §. fin.

Nihil diuinarum rerum, & quæ custodiri iu- Princeps rei-
stum est à principe negligatur: sed per om- publicæ cu-
nia studeat, vt communis reipublicæ status ex stos & pro-
magni Dei & seruatoris nostri Iesu Christi er- motor.
ga homines amore, fructum afferat.

THEODOS. ET VALENTIN. AA.
in suis Nouell. tir. 2. in prin.

Inter



Imperator
conferuando
religionē Ca-
tholicam, cō-
seruat inco-
lumentem
reip.

Inter cæteras solicitudines, quas amor pu-
blicus peruigili nobis cogitatione indixit,
præcipuam imperatoria maiestatis curam es-
se perspicimus, veræ religionis indaginem, cu-
ius si cultū tenuerimus, iter prosperitatis hu-
manis aperimus incæptis.

IVSTINIAN. IMP. IN L. DEO NOBIS.
C. de Episc. & Cleric. &c.

Imperatoria
leges ad ho-
norem Eccle-
siæ Cath. di-
rigi debent.

Omnia quæ pro honore sanctæ Ecclesiæ Ca-
tholicaæ ad Dei placitum fieri possunt, ea
legibus cōstituere & operibus adimplere ma-
gno desiderio debet Princeps.

PAPA IN D. EPIST. INTER CLARAS.
C. de summ. trin. & fid. Cath.

Principem
decet Ca-
tholica reli-
gio, quæ oc-
casui non
subiacet.

Scriptum est, per me reges regnāt, & poten-
tes scribunt iustitiam: nihil est enim quod
lumine clariore præfulgeat, quam recta fides
in Principe: nihil est, quod ita nequeat occasui
subiacere, quam vera religio. Nam cum au-
thorem vitæ, vel luminis vtraq; respiciant, re-
ctè & tenebras respuunt, & nesciunt subiace-
re defectui.

ITEM IN EAD. EPIST.

Imperium
regis in manu Dei, & ubi voluerit inclina-
quid firmet.

Scriptum est labiis regit Rex: & iterum, cor-
bit illud. Hoc est enim quod Romanum fir-
mat Imperium, quod regna conseruat. Nam
pax Ecclesiæ, religionis unitas, authorem facili
in sublime prouectum grata sibi tranquillita-
te custodit. Neq; enim parua ei vicissitudo à
potentia diuina tribuitur, per quem nullis ru-
gis



gis Ecclesia diuisa secernitur, nullis insertis
maculis variatur. Scriptū est enim, quia cùm
Rex iustus sederit supra sedem, non aduersa-
bitur ei quicquam malignum.

IVSTINIA. IMP. IN PRAEFAT. AVTH.
Quom. oport. Episc. & Cler. s. nos igitur.

PRinceps maximam adhibere debet solici-
tudinem circa vera Dei dogmata, & sacer-
dotum honestatem.

Princeps curā
habeat do-
ctrinæ fidei et
sacerdotium.

DE HONORAN- DA ET OBSERVANDA SEDE

*Apost. à Rom. Imp. et conseruandis
templo Catholicorum.*

IVSTINIAN. IMP. IN L. RÉDDENTES
C. de sum. trinit. & fide Cath. &c.

REddentes honorem Apostolicæ sedi, &
vestræ sanctitati (quod semper nobis in
voto fuit & est.) & vt decet Patrem honoran-
tes vestram beatitudinem, omnia quæ ad Ec-
clesiarum statum pertinent, festinauimus ad
notitiam deferre vestræ sanctitatis: Quoniam
semper nobis fuit magnum studium vnitatē
vestræ Apostolicæ sedis, & statum sanctorum
Dei Ecclesiarum custodire, qui hactenus ob-
tinet, & incommotè permanet, nulla inter-
cedente contrarietate. Et paulò pōst. Impera-
tor per omnia properare debet, vt crescat ho-
nor, & authoritas Apostolicæ sedis, &c.

Imperator
Papā honorat
vt patrē:au-
thoritatē se-
dis Apost. &
statum Ecclē-
siarum cōser-
uare debet.

ANASTA-

